

10  
A.K.  
402,  
27

X 1863 A 26

I. N. J.  
DISPUTATIO PHILOGICA

II h  
147

De

# JURE FINIUM

EX PANDECTIS TALMUDICIS, TITU-  
LO HAMMECABEL, ALIISQVE HEBRAEO.

RUM JURE CONSULTIS ERUTO,

<sup>QVAM</sup>  
PRO LOCO

IN AMPLISSIMA FACULTATE PHI-  
LOSOPHICA BENEVOLE CONCESSO,

proponit

PRÆSES

## THEODORUS DASSOVIUS

LLgvar. OOrient. Profess. Publ. Extraordinarius,  
& Facultatis Philos. Adjunctus.

RESPONDENTE

## JOHANNE ADAMO RÖNIG /

Lücena - Misnicô & Alumnô Electorali.

In AUDITORIO MAJORI

ad diem IX. Maji Ao. M DC LXXVI.

Horis matutinis.

WITTEBERGÆ,  
Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



47



MEDICALIS SALV

ZU VERGOLDENEN PAPYRUS



I. N. J.

P R A E F A T I O .

**N**on poteramus non meminisse finium cum nullus impræsentiarum nuncius sit freqventior, nullus majori cum admiratione audiatur, qvam qvi de finibus ad nos refert. Omnia enim magnorum hominum consilia, omnes curæ gravissimæ acerrimæqve de finibus vel ampliandis vel tuendis suscipiuntur, hoc in primis verno anni tempore, quo facere de consiliorum sententia possunt, qvi facere jubentur. Itaqve creberimus ille de finibus sermo, qvi inter nos divulgatur, aliquam etiam finium Hebraicorum memoriam facile injecit. Ne autem de finibus dicturi Philologiæ finibus excedamus, etsi argumentum est juridicum, ex Hebræis tamen eruisse sufficiat, judicio de eodem jureconsultis relicto. Anteqvam autem in eo eruendo occupemur, ante omnia præmittimus nos ita in eo esse processuros, ut tres in primis celebres Hebræos in singulis paragraphis seqvamur, ordinemqve qvem tenent & nostrum faciamus, qvorum verba deinceps perpetuis notis ex Pandectis Talmudicis, aliisqve Hebraeorum jureconsultis illustrabuntur. Primus eorum est R. Jacob Ben Ascher in *Arba Turim Choschen Hammischpath* edit. Hanov. in fol. Hitchos Mizranus fol. 72. seqq. Siman. 175. Alter est: R. Joseph. Karo in

A 2

Schyl-



Schytchan Aruch Mittur Choschen Hammischpatb, cum Chiddusche R. Mosis Iseles edit. Cracov. in 4to Siman. 175. Ultimus est, R. Mordechai Japhe in Sepher Lepusch Ir Susan. Hitch. Mizran. edit. Pragens. in fol. f. 106. seq. Siman 175. Itaque hi non allegabuntur ( nisi ubi ex aliis aliquia afferunt, vel aliis in locis huc pertinentia recensent &c. ) cum totius quasi disputationis structura, ex illis desumpta sit, & alias ubi vis citari & repeti deberent. Placuerunt autem praeterea, partim quod quae sparsim apud alios inveniuntur, hic quasi in cornu copiae exhibeantur, partim quod ipsi etiam Rabbini recentiores in dilucidando jure hoc eorumdem vestigiis insistant. Atque sic omnia maxima minima quae proferentur in medium Talmudica erunt & Rabbinica, ex codicibus nondum translatis congesta, unde & textus Hebraicus omissus est. Talia enim moliri jubet ætas nostra, in qua vivimus, qua effulgere Philologia Orientalis vehementer incipit, & non pauci palmam reddere volunt dubiam. Itaque

Dryadum Sylvas saltusq; sequamur  
Intactos.

Deus benignissimus audacibus cœptis annuat! Sic igitur

§. 1.

Si non omnes fratres adhinc, & qui adhinc velit dividere fundum dividat tribus præsentibus, licet sint idiotæ, modò sint fideles & exercitati in æstimando. Si dividat coram paucioribus tribus, infecta res est. Si autem sit argentum ( dividendum ) & quidem unius e monetæ, & æqvale, non indiget tribus, sed duobus tantum, ut mundo prober. Ita etiam si dopes sint depositæ apud alterum, & accedant quidam ex e fratribus, dant illis portionem eorum modo memorato.

N. a Paragraphi q. priores præmittuntur, quia ad cognitionem sequentium faciunt quodammodo. Nam si scire cupio, an fra-

ser

ter posfit suam partem alteri vendere, & si vendat quomodo cum  
teceris fratribus agatur sciendum etiam est, quomodo suam partem  
accipiat. Alias praeceps quæ bis q. §. dicuntur ad jus finium non spe-  
ciant. Unde à nonnullis Rabbinis §. 5. solet poni titulus : **הַלְכָה מִעֲרָנוֹת** ut sit in Arb. Tur. & Schylch. Aruck. l. c. Alii hinc eas,  
plane omittunt, ut Moses Kotz in Smag. edit. Venet. infol. f. 165. c. 3.  
seqq. Alii tamen Titulum illis preponunt, ut R. Japbe cit. b. Vule R.  
Esaias praeceps bona mobilia altero absente posse dividi sed R. Ascher  
inter illa & fundum distingvi non vult in cap. 7. s. Bes Cur. Talm.  
Mass. Bav. Bas. (omisso in indic. Alphab. c. 3. Talm. Buxt.) in quo  
scribit Ra'schbam f. 106. tradidisse R. Josen, quod fratres omnes, po-  
ste aquam in unum ex iis sors jacta est, suam partem posideant, sine  
restrictione ad bona vel mobilia vel immobilia. Conf. etiam Bar Ma-  
jemon edit. Venet. in Hilchos Schill. veschuttaph. c. 5. f. 642. col. 2.  
& Haggaba in eund. Nititur quidem Esaias Talm. Bav. Metz. c. 2.  
f. Ellu mezios Gem. ut & cap. 5. f. Esebu neschech Gem. nec non  
Cetuv. s. c. 11. f. Almana Nisones Gem. sed has loca alio sensu intelligi  
debent. c Debet argentum gaudere imagine notâ, & justum habe-  
re pondus juxta Ben Alexandri in Meir. Enajim. ed. Wilhermsd. in fol.  
f. 164. col. 4. Equale autem est, si non aliqui nummi sint novi, aliqui  
veteres Maj. l. c. Conf. Gem. in Esebu Nescb. d. Talm. Bav. Metz.  
c. 3. f. Hammaphkid. e. Tur. l. c. Siman. 77. f. 33. col. 4.

§. 2. Si unus dividat coram tribus, fratribus absentibus,  
& accedens frater dicat: altera pars mihi magis arridet, dabo pro  
ea plus pecuniae atque vos dedistis, illum audiunt, ut rescindant  
divisionem. Quod si velit rescindere divisionem a fine  
ratione, & dicat projiciamus sortem aliam, eum non audiunt

N. a. Meir. Enajim. l. c. Tur. l. c. Siman 175. Saiph. 1. nomi-  
ne Harosc.

§. 3. Si duo fratres dividant, & postea accedat frater  
tertius, de quo illis non constabat, a irrita est divisio, etiam si  
essent tres agri, & unusquisque unum accepisset, & tertium in-  
ter se divisiissent, accedentisq; tertii fratris pars d caderet in a-  
grum divisum, non dicitur cuiuslibet suum maneat, sed & quicun-  
que

que voluerit, poterit irritam reddere divisionem, ut alia sors in omnes projiciatur, etiamsi & frater tertius voluerit auferre parum hinc & parum illinc sine sorte, etiam ita poterit unusquisque ex fratribus duobus irritam reddere divisionem, posteaquam per errorem contigit.

N. a. Vid. *Bava Basra* in c. 7. s. *Bes Cur.* ex mente Raf. s. D. *Hijæ ex fratre nepotis*, contra R. Samuelem, qui statuebat, quod essent מִקְמָצֵין s. unusquisque de suo agro tertiam partem auferret & fratri tertio daret. Nec sunt מִקְמָצֵין hoc sensu: quod, si cadat ager tertius in partem fratris absentis, prioribus suæ partes maneant. b. v.g. si tres agri tribus tesseris essent inscripti, & auferret unam ex illis accedens frater, cui inscriptus esset ager (tertius) inter illos duos divisus, non dicunt: ad hunc pertinet hic ager, reliqui suos retinent. Meiras Enajim l.c. c. i.e. si unus ita voluerit, si vero duobus simulata placeat, clarum est, quod synedrium eos rescindere divisionem non jubeat. Vid. Joseph Karo in *Bes Joseph Choschen Hammisch.* edit. Cracov. in fol. f. 162. p.2. d. Tur. l.c. Saiph. 3. nomine R. Jonæ.

§. 4. Ita etiam si creditor accedit Patris, & exigat debitum à parte alicujus inter fratres, quam fecerat hypothecam, denuò divisione instituitur.

N. Disputatur hac de re in Talm. *Bes Cur Gem.* citat. Rafait esse denuò divisionem instituendam, R. Sam: ait זַיְתָר i.e. quod reliquum est de bonis dividendis fratribus non confert. R. A. si auferat quartam partem agri, vel etiam argenti; sed additur in *Glossa Raschi*, juxta quemcunq; etiam ex his procedatur, tamen denuò instituendam esse divisionem, & creditori dandam quartam partem juxta Talm. *Massech.* Jevammos cap. 5 s. Rabban Gamaliel. Quod si agrum non fecit hypothecam, non potest creditor petere debitum ab uno fratribus, sed omnes junctim tenentur solvere, ut scribit R. Joël Sircks Tur. *Chos. Ham.* edit. Cracov. in fol. fol. 227. col. 1. allegans *Tosephos* in *Bes Cur.* & cap. I. in *Bava Kama*.

§. 5. Si unus ex fratribus vel sociis vendidit partem suam alteri, reliqui & fratres vel socii accipientem removent. Sunt etiam, qui dicunt, quod, etiamsi b confinis sit, tamen eum removeant.

N. a.



N. a. Ita sentire Nachmanidem & Nebardenses, restatur R. Kotz. in Smag citat. fol. 165. c. 4. & addit rationem, ne veniat ex ira-  
neus inter eos. Alios consentientes allegat R. Karo in Bes. Jos. cit. f. 163.  
c. 1. v. g. R. Haj. Majemonem, Raschi, Haraf Hammaggid, Rabbenu  
Schimschon Bar Abraham, Baal Haittur, Harosch, & R. Jebudam  
Barzellonium. Ceterum hac de re inter Jebudam & Nachmanidem  
disputatur in Talm Bava Metz. c. 9. s. Hammekabbel in Gem. & To-  
sephos. Vid. etiam R. Alphes in B. Metz. edit. Ambstelod. in 4to f. 84.  
p. 2. & Raschi in eundem. b. qvod etiam in cap. Talm. citati asse-  
ritur, ut, & à R. Ascher, R. Jarchi, Rabbenu Jerocham, Ittur, & aliis  
ex hac ratiōne, qvia fratres & socii præstantiores sunt confini simili-  
eiter tali. Conf. Karo & Joël Sircks in h. l. Sunt autem præstantiores,  
qvia participant de fundo, & partem in eo habuerunt ante divisionem.  
R. Mordechai in Levisch Ir Susan. cit. fol. 106. col. 2. Saiph. 5.

§. 6. Si quis vendit fundum suum sive ipse vendat, sive man-  
datarius, sive Synedrium, debet vicinus, qui ei a confinis est, dare  
pecuniam accipienti, & eum removere, qvamvis accipiens sit b'  
Eruditus, vel c' vicinus, vel propinqyus Venditori; Confinis au-  
tem sit homo plebejus, & à vendente recedat; nihilominus d'  
confinis præcedit, & accipientem removet. Licet autem dicat  
Venditor, priusq' confini vendam, nihil vendam, emere ta-  
men confinis debet vel invito venditore, & e' qui accipit, habe-  
tur pro ejus mandatario per omnia. Testes autem emptionis scri-  
bunt instrumenta emptionis nomine confinis, neq' opus est,  
ut denuò emat, qvia hic fuit qvasi ejus mandatarius. Ita etiam  
licet alter meliorarit agrum, debet dare sicut vendidit, & licet de-  
teriorarit, debet alter accipere sicut vendidit, si velit eum Confi-  
nis. Cum f' etiam unusq' visq' mandatarius mittatur ad instru-  
endum non destruendum; ideo si eum instruxit s. melioravit,  
redduntur illi impensa, si scilicet melioravit, anteqvam confinis  
eum de illo appellaret, siq' videm tum erat qvasi descendens in  
potestatem. At si deterioravit, evellendo plantas vel aliâ ratione  
corrumpendo, detrahitur ipsi argenti tantum, etiam si ante appella-  
tionem confinis corruperit. Si fructus edit, g' debet rependere  
illos, qvos edit, ex qvo tempore confinis attulit argentum ad il-  
lum removendum, non autem priores. h' Sietiam mutuò sum  
accī-

accipiens, antequam accederet confinis, non tenetur de illo debito confinis.

N. a. Si autem frater vel socius adsit, præcedit confinem, ut patet ex §. præced. R. Aschur Talm. Per: se hainjan. f. 154. alias confinis precedit ceteros. R. Barzellonius ib. in Gem. non tamen potest emere socius cum confine, licet cum socio altero. Qvod si tamen unus sociorum emerit, alter eum potest expellere sed si confinis emit, possunt socii eum expellere. Joël Sircks in Bes Chadasch. in b. l. b. Smag. in b. l. Majemon in Hilch. Schechenim f. 638. Et ib. in Maggid Mischne. c. i. si habiter in eadem villa &c. nec tamen cum altero conjungatur. Bes Joseph. in b. l. f. 163. col. 2. ubi etiam ex Haran sententiam de præcedente confine confirmat. d si multi sint confines, omnes dant pecuniam & removent accipientem Majem. l. c. p. 638. si sc. omnes ad-  
sint, sin vero unus eorum jam removit, in possessione manet Kotz. b. l. Alias etiam omnes inter se dividunt Majem. & Kotz. b. l. juxta Gem. in Per. Hammecab. f. 9. Bauæ Meziæ. Non autem removent in bonis mobilibus Sircks in b. l. De phrasi: descendere in potestatem. vid. Tur. num. 78. e. B. Mez. l. c. & R. Ascher ib. & R. Jerocham cit. Karo b. l. Maj. l. c. cap. 13. Kotz. b. l. f. Maj. l. c. ubi & seq. habentur. Tur. Saiph. 10. nomine Gaon. g. R. Hammaggid cit. Karo b. l. h. non modo si confinis adhuc habeat argentum, sed si accipienti etiam jam solutum sit. Ben Alexandri in Meir. Enajim. b. l.

§. 7. Si quis accepit fundum pro Mana a, qui æstimatur ducentis b, si etiam aliis eo pretio vendidisset alter, ceu vendens urgente necessitate; Confinis non dat nisi Manam c; Qvod si alteri non eo pretio vendidisset, dare debet ducentas; d Qvod si dicat Accipiens, non eo pretio fuisse daturum aliis, & confinis regerat fuisse daturum, incubit confini probatio.

N. a. Erat Moneta centum continens Susas. Elias in Tisbi edit. Basil. in 4to. R. מִנְחָה Susa autem erat dimidia quæ pars imperialis. Buxt. Lex. Talm. p. 654. b. Vid. Pereck Hammekab. citat. & Harosch. Majem. c. 12. Hile. Schechen, & Hammag. probans ex Ittur. Tur. Saiph. 66. ita etiam contrario modo, si quis accepit pro ducentis & æstimetur centum, debet confinis dare ducentas (Susas) R. Kotz. in Smag. f. 165. col. 4. c. Scribit Harivash, Siman 283. qvod si autem æstimetur pro manâ & dent ducentas, fieri illud, quando nu-  
mera-

merata pecunia emittat, aliam autem esse rationem, si argento debitis.  
Karo. V. §. 9. d. In primis haec intelliguntur de eo casu quando manifestum est quod non dicturus fuisset confinis accipienti: venditor erga me magis placidus est quam erga Te. Alias enim si hoc ita se habeat, recte confinis excipit, consentientibus Haramban, Haraschba, Harran, & Baal Nimmuke Joseph. citante Siricks in B. Chadasch. b. l.

§. 8. Si differat a. venditor alteri solutionis tempus, non sit ex jure confini, sed potest confinis solvere exemplò, potest etiam dicere venditor confini, non tibi cum dilatione vendo, quia socius tuus facilius Te solvet, neque volo debitum tuum. Qvod si autem venditor hoc non cureret, sed velit exspectare, etiam confinis expectat.

N. a. Per Hammecab. Ben Alexandri. l. c.

§. 9. Si emat a. pro ducentis, & non valeat nisi Manam vel centum (susas), non dicim⁹; posteaq⁹ mandatarius ad instruendum non destruendum missus est, non est h̄c mandatio, & irrita est venditio. Nam non est h̄c perversio, quia interdum homo majori pretio agrum emit, quia ipsi arridet. Neq; præcisè est in mandatione, ut mandantem mandatarius perdat, qvod non esset bonum vel æquum. Ideò si delectetur; eo confinis, debet solvere ducentas (susas.) Qvod si b. excipiat confinis fecisse accipientem cum vendente conventionem, juret accipiens, de acceprā confinis voluntate, & auferat ducentas. Qvod si c. adsint testes, qvod dederit ducentas, & Confinis excipiat se scire certissimè, qvod non nisi emerit pro Mana, dat ei pecuniæ tantum quantum testantur testes, & removet eum, cogitq; ad jurandum, qvod acceperit agrum pro duenis, & liberest. Qvod si excipiat, se scire dubitanter, punitur anathemate. d. Si alter agrum loco debiti accipiat, non opus est dare plus, quam Syndrum æstimat fundum, licet debitum sit majus; Qvod si enim numeratā pecuniā emat, & æstimetur pro mana, vendatur autem pro ducentis, solvat etiam ducentas.

N. a. Ita ait Mar Kaschischa Bar Raf Chasda ad R. Asi, statuere Nebardenses cum Nachmanide non esse defraudationē-fundi. cap. Talm. cit. ut & R. Ascher cuius controversiam cum R. Alphes super bac revid. in Bes Chadasch. l. c. f. 227. col. 3; Tur Siman 227.

B

Quidam

Quidam statuunt si duplo magis solvatur irritam esse emptionem; etiam quod ad fundum, unde volunt legendum: si emat paulo minori pretio quam ducentarum (susarum), sicut in accuratis exemplaribus Tur legatur, sed alii etiam si duplum excedatur, non tamen esse defraudationem. Ben Alexandri. l. cit. b. Majem. cap. 14. Hile. Schechbenim. Neg, hic in Majem. Sphalma est, ut statuit Hammaggid, siquidem Respondet Karo. b. l. c. Maj. l. c. c. 14. Tur. l. c. Siman 75. d. Rivasch. Siman 473.

**S. 10.** Si in venditione **a.** conditio intercesserit, sive sit ex parte vendentis, sive ex parte accipientis non potest confinis removere alterum, **b.** donec conditiones sint stabilitæ, & jus possessionis habeat Accipiens, & tum removet eum.

**N. a.** Majem. Hile. Schech. c. 13. b. Sirks b. l. Ben Alexandri b. l.

**§. 11.** Si **a.** ager emptus habeat **4.** confines juxta **4.** plagas suas, omnes de eo æqvaliter participant, & dividunt per diagonium, ut unicuique pars suo agro vicina obtingat. Si habeat **b.** **5.** confines, tres scilicet in tribus suis plagiis, & in **4**ta duos, illi duo habentur pro uno, & auferunt partem unā hujusmodi, quem accipit unus ex tribus. Si **c.** autem unus præveniat, & accipientem removeat, vel etiam à vendente prius emat, jus habet tantum, etiam si confines sint multi, & removens **d.** minimam etiam partem inter eos possideat. Si **e.** accedant aliqui ex confinibus, & aliqui ex alia provincia, qui hic sunt accipientem removent, ut illis solū ager obtingat. Si **f.** unus præveniat in emptione, reliqui autem excipiunt se etiam voluisse emere, nisi minatus fuisset alter, se damnum illaturum, quod etiam facere potuisset; si habent testes, quod cogere voluerit, possunt eum removere.

**N. a.** Talm. Per. Hammekab. Rasch. in idem. Majem. c. 12. H. Schech. Haiteur, Haraschba, cit. Karo. Hammagid in c. 12. cit. b. alii etiam volunt in **5.** partes dividi, in quam sententiam inclinare Maje monem putat Hammaggid in eund. sed Itetur scribit se in priori sententia persistere. **c.** Maj. l. c. Et Hammag. ut Et discipuli Raschbae, si emerit à vendente s. ab accipiente cœum mandatario, qui non ad omnes sed unum missus est, ementem scilicet; sed Raschba bitschuv a Siman

man 91. Tosephos nomine R. Tam. c. 1. Basrae. e. Rambam c. 12. cit.  
Kotz. in Smag. f. 165. col. 3. f. Mag. Mischne l.c. Raschba Siman 915.

§. 12. Si a multi socii pertineant ad unum latus agri venditi, unusqvisque accipientem potest removere. Qvod si unus ex illis præveniat, & removereat eū, jus habeat, neq; reliqui possunt frangere, b. etiam si ab uno latere agri venditi sit ager societatis inter duos, & ab altero latere ager ad unum pertinens, & miserit eum unus ex societate agro vendito vicina, non potest dominus agri in latere altero dicere, illi qui emit: ego sum confinis certò tu autem dubitanter, siquidem fortassis tua pars cadet in alterum (latus), sed reputatur (socius ille) alteri æqualis, posteaquam partem habet in toto agro, & posteaquam prævenit, jus retinet. Itaqve si emerit aliquis agrum, quicunq; sit, c. unus ex confiniis potest eum removere, ut ut habeat socium, neq; dicere accipiens: fortassis pars tua cadet in latus alterum. E. non nisi ab alio confine removeri volo. d. Ita etiam si ager venditus ad duos pertineat, & unus ex illis vendat partem suam alteri, confinis removet eum, neq; accipiens dicere potest: posteaquam pars mea, quam emi signata non est, fortassis cadet in latus alterum non in latus agri tui.

N. a. Harosch Talm. in Per. Ham. Nebardenses & R. Gaon citat. Sirckes b. l. b. in Talm. ibid. it. Haggahos in Maj. c. 12. cit. nomine R. Tam. c. ita legitur in Schylch. Aruch, & Levensch. Jr Sus. in b. l. sed Bev. Ascher in Tur. b. l. vult, non esse opus hæc statuere. Excusatur tamen à Karo in b. l. qvod voluerit dicere, si potestas socii major sit, quam confinis; etiam majorem esse quolibet alio. At Karo addit. attendendum esse quinam primo loco emerit; si enim confinis præcessit, removere eum socius nequit. At si emerit quicunq; homo in mundo sit, illo qui habet socium removere eum potest, sicut etiam confinis eum removere potest. Qvod jus probat ex Haran nomine Iude Barsellonii: Excusatur etiam à R. Sirckes b. l. qvod voluerit dicere: non esse opus ira statuere, quia non posset Accipiens repellere confinem ullum, sed debeat sui remotionem concedere. Jam verò etiam si hic confins habeat sociū, sit tamen manifestò confinis. Confer Bes Jſraël Ben Alexand. in Parisch. s. part. 1. d. non legimus scribitur

bitur in cit. Bes Chadasib b.l. f.228. col. 1. quod emere debeat alter, & non signare prius suam partem.

§. 13. Si quis a. emat à duobus agrum unum, & accedens confinis velit eum removere, à dimidia parte agri ab altero accepti, non potest eum removere, nisi removeat à toto, aut debet eū in possessione totius relinquare. Hoc autem præcisè valeat de agro uno, qui pertinet ad societatem duorum. Qvod si autem emat agros duos à duobus hominibus, potest confinis removere à quocunq; voluerit, ut tamen unum ipsi relinquit. At si vendat aliquis fundum duobus, potest confinis utrumq; removere, aut removere unum & alterum relinquare.

N. a. Majemon l.c. cap. 13. Hile Schech. b. Talmide Haraschbae in cap. Talm. Hammecab. super verba Mijem. Schytchan Aruch Chosch. Ham. Saiph. 36. ut et. Mordechai in Jr. Sus. Saiph eod.

§. 14. Qui dominium a habet in bona uxoris, habet etiam jus finium. Nam si habet illa fundum inter b. bona usuaria, & venditur fundus vicinus, maritus accipientem removere potest, etiam si emerit ē manu uxoris, ut illa concederit; nil tamen obstat, quia concedendi potestatem non habet. Qvod c. si illa ipsa removere, vel removere eum servus negotians argento domini, si velit maritus vel dominus, potest rem per eos confirmare, si minus, potest facere, ut restituat accipienti pecuniam.

N. a. Maj. in fin. c. 13. Hile. Schech. ut & Baal Nimmucke Joseph. cit. Karo. Mos. Kotz in Smag. f. 165. 4. Ben Alexandri cit. in Meiras Enajim f. 165. c. 4. b. illa sunt quæ uxori in liberos suos usus extra dotem in conractu matrimoniali descriptam sibi reservat, quorum redditus maritus cum uxore communes habet. Maj. Hile. Ischbus. cap. 16. c. Possunt eum cogere si uxori vel servo parere nolit, & cogere etiam ut in suam potestatem fundum recipiat. Joël Siricks in b.l.

§. 15. Si a. confinis accedens ad removendum accipientem, anteqvam eum removere, vendat agrum, quem habet confinem, perdidit jus suum. Etiam b. accipiens, qui ab eo emit, non habet ius finium ad removendum accipientem primum, qui emit prope fines.

N. a. Rambam. c. 13. cit. b. quia qui primo loco accepit, precessit, & ius retinet. Meiras Enajim l. c. Nec qui agrum emit confinem finis

fuit alterius mandatarius, qvia tempore, quo emit non habuit venditor agrum confinem vendito, neg<sup>3</sup> accipienti praeceptum egi & bon<sup>s</sup> incubuit. Bes Chadasch. b.l.

§. 16. Si qvem fecit dominus territorii mandatarium ad vendendum agrum, a. qvamvis ipse mandatarius confinis sit, non b. tamen licitum est ei emere, qvia non dedit ei mandatum nisi ut aliis vendat, & quando c. aliis vendidit, emptorem removere nequit. Nam illi vendidit, & non posset hujusmodi d. remissione dari major. Ita etiam qvi subscriptis instrumentis venditionis, pro eo etiam qvam vellet remittere, removere accipientem nequit.

N. a. Ben. Alex. in Bes Israël, in Perisch. h. l. b. Vid. Perischacit. c. Rambam c.13. cit. Haran & Baal Nimmuke Jos. in Pers Hammecab. Talmide Raschbam. Rabbenu Jerocham cit. Karo in Bes Joseph. licet R. Gaon citat. à Ben Ascher in Tur. b. l. dissentiat, non tamen iuxta eum est decisio: Ben Alexandri in M. En. l. c. d. sisc: non cohabeat eum dominus territorii, ut non abeat ad vendendum. Meirras Enajim b. l. 165.c.4: e. Tur Chosch. Ham. Siman iii, § 146. init. ut & Schylch. Aruch. Mit. Ch. Ham. Simanim iisdem. R. Jerochams cit. R. Sircks in BesChad. Qvod si quis mutuò dedit, & subscriptis venditioni bonorum debitoris, potest retrahere ab eo qui accepit, & accipiens probare tenetur, quod creditor perdiderit jussuum. Tur. C. Ham. Siman iii Saiph. 13. § 14. cit. Sircks. l.c.

§. 17. Si accipiens a. moriatur anteqvam confinis eum removet, non potest hæredem removere, qvia observatio æqui & boni tantum accipientem spectat, hæres autem justus pronuntiatur. Sunt etiam qvib. hic dissentunt.

N. a. Ita sentit Gaon in Tur. b. l. it. fitur in B. Jos. Sircks in Bes Chad. l.c. Ratio est, qvia hæres ut & qui donario accepit (de qvo §. leq.) non possunt emere in loco alio, ob qvam rationem communiter accipiens removetur. Nam et si argentum velit accipere, & emere in loco alio, non tamen hunc ipsi laborem imponunt. B. Alexandri in M. En. b. l. b. R. Mos. Iserles in Haggados in Schyl. Aruch. b. l. Saiph. 17. Ratio disceptationis est, qvod accipiens non posse hæredi plus dare, qvam ipse in agro haberet (sed perpetuitatem non haberet) Alex. l.c.

§. 18. Si accipiens alteri dat fundum per donationem, si-  
ne b. cautione de futuro damno, confinis eum removere nequit,  
quia æquum & bonum observatur, non nisi erga accipientem, nisi  
dolus lateat. Disceperant tamen & hīc, qvia non præstantior est  
hæres, vel qui donariō accepit, illo qui primitus emit, imo, qvia  
si vendat alteri cum cautione de futuro damno, alter removeri  
potest.

N. a. Etiam rationes ab utrag̃ parte ex §. præced. hīc in loc.  
citatis urguntur. b. Tur. Et Schyl. Ar. Saiph. 54 b. l. sed Mos. Kotz  
in Smag. f. 165. col. 4. scribit, si in instrumentis donationis scribatur  
cautionem de futuro damno pertinere ad donantem, obtinere jus fini-  
um, qvia posteaquam cautio hec annexa sit, pro venditione habeatur;  
Et donationis instrumenta contexta sine ad collendum jus confinis.  
Hinc ait R. Alphes in Gem. in Per. Hammec. si scriptum sit: recepi in  
me cautionem de futuro damno quod, si exiturus sit fundus è manu e-  
jus daturus sim 200 susas; dat ei confinis 200. Et cum demovet, li-  
cet valcat non nisi 100.

§. 19. Si vendat accipiens primus accipienti secundo, aut si  
vendat hæres, vel qui donariō accepit, confinis eum removet.

N. Tur. Saiph. 32. b. l. nomine Haramæ, Et Nim. Joseph. Perek  
Hammapkide.

§. 20. Si a. retrahat creditor fundum loco debiti, con-  
finis eum removet, sive æstimarit loco debiti per præconem Sy-  
nedrium, sive eo sciente fundum in solutum dederit debitor. Si  
velit solvere argentum retractionem illam passus, de quo tene-  
tur, ipsi perpetuò ager restituitur.

N. a. Rambam cap. 13. cit. Hilk. Schech, intelligitur autem cre-  
ditor domini fundi. Meir as En. l. c. b. Schylch. Ar. Et Tur Siman 103.  
Saiph. 9. Rambam c. 22. Hilk. Malve velove. Quod si autem à se ipso  
debitor in solutum dederit fundum, tūm summa s. estimatio à credi-  
tore debitori non restituitur. Nec confinis creditorem removens  
necessitate habet restituere fundum debitori, posteaquam à se ipso cre-  
ditori dedit. Meir. En. l. c.

§. 21. Si creditor a. venditoris retrahat à confine, quidam  
dicunt confinem retrahere ab accipiente, & hanc retrahere à  
venditore, ut pote qui vendiderat eum cautione de futuro da-  
mno.



mno. Disceptant b. autem de eo, & dicunt jus finium non pertinere ad accipientem, utpote cum alterius tantum sit mandatarius, sed vendentem.

N. a. Rambam c. 13. cit. H. Schech. Maggid Mischnae ibid. adducens exemplum. Tur Saiph. 34. b. l. nomine Rambam. b. Tales sunt Haramban & Haroschba Siman 310. bitschuva, cit. Hammaggid. R. Haran in Per. Hammecab. Nim. Joseph. & Harosch. cit. Karo b. l. Rivash. Siman 310. cit. in Meir. En. In primis Maimonides hic male audit, unde excusatur ab Abraham Ben David in suis Hassagos in eund. quod eo casu intelligat si emerit accipiens ab aliquo, qui debitum in agro habet. Karo ait eum ita intelligere, quod retrahat ab accipiente, ut hunc cogat retrahere a vendente, si scilicet vendenti sit unde solvat, alias damnum inferre accipienti non debere, sed addit Karo non esse opus eum ita explicare. Cum Ben David etiam facit Sircks b. l.

§. 22. Sunt qui dicunt, quod confinis non possit pro se substituere alterum ad removendum accipientem, ut ager confini cedat, nisi etiam (substituendus) sibi ipsi emat partem in illo agro confini, ut sic etiam fiat confinis, & removere accipientem possit. Sed si confinis occupatus sit, neque ipsi vacet, ut argentum procuret, aut ut statim abeat, & removeat accipientem, metuatque ne jure excidat, labente tempore, quod ipsi Sapientes ad removendum accipientem concedunt, & substituat alium sui loco, ne jus ipsius pereat, & pecuniam pro accipiente apud Synedrium deponat, & postmodum veniat ipse ad eum removendum, etiam si alter non emerit fundum ullum, quia mandatarius erat constitutus per testes, potest in locum ejus substitui.

N. Vid. in b. §. Tur. b. l. Saiph 35. nomine Haramae; Ben Alexandri Bes Israel in Perisha & in Meiras En. b. l. in init. Siman 125. Itaque emere debet hujusmodi partem, si substituatur, alias non nisi apud fundum emere conceditur. Siman 122. & 123.

§. 23. Si a. afferant & confinis & accipiens pecuniam suam, & pecunia accipientis sit melior b. quam confinis, vel citius reddita, vel libera, sive soluta; confinis autem sit ligata & obligata, ut praesentibus dominis aperiatur, ceterat jus finium.

Hoc

Hoc autem jus est : c. si prævenit accipiens & solvit , non potest eum confinis removere, nisi det illi ejusmodi etiam pecuniam & quidem exemplò.

N. a. Tur. b. l. Saiph. 36. it. Haggahos Jserles super Aruch b. l. ubi ratio additur, quia aliás damnum patetetur vendens , jam vero cum alterius damno confinem fieri emptorem est contra ordinationem sapientum, à qua ius finium pendet. Mos. Kotz in Smag. f. 165. q. b. Talm. Hammecab. ubi Raschi ait si melior sit pecunia confinis quod ad bonitatem intrinsecam, sed melior accipientis, quod ad extrinsecam. ratione moneta si venditorim agis placeat pecunia accipietis, accipit si non curas, prævalet confinis, & alterum removet. Ita m. si confinis offerit pecuniam obsignatam , judicatur juxta voluntatem venditoris, licet aliás damnum inferatur venditori per moram illam . anteqvam pecunia obsignata aperiatur. Vid. R. Ascher, R. Chananaël , Mordechai nomine Raviae, Nim. Joseph cit. à Karo b. l. Conf. & Derischa Ben Alexandri c. Tur. b. l. Saiph. 38. nomine Haramae.

§. 24. Si quis a unam villam permuteat cum altera, vel cum agro aut vinea vel contrario modo ; posteaq; fundus cum fundo permutatur, non h̄c obtinet jus finium. Quid b. enim dabit confinis vendenti ? Num argentum ? Excipiet alter : fundus mihi magis placet. Num fundum alium ? Excipiet : sunt multi qui delectantur fundo in hoc loco magis, quam in alio. c. Qvod si permutarit villam cum bestia, vel bonis mobilibus, attendunt pretium istius bestiæ, vel istorum bonorum , quod dat confinis , & removet alterum. Neque d. dicere potest : Damhi tantū, quanti h̄ec æstimo, quippe posset subesse dolus , ut æstimaret majori pretio, quod plus acciperet, & confinem jure suo privaret. Neque h̄ic damnum patitur venditor, quia eum removet, anteqvam bestiam vel bona accipiat. Nam h̄ec emi ab eo possunt, qui habet pecuniam. Et sice. etiam alia quibus subesse dolus videri poterat, potestatem confinis non infringunt.

N. a. Majem. c. 13. Hilc. Scheh. cit. Tur. Saiph. 62. Licet autem Majem non tantum iniciat mentionem villa, concedit tamen idem de agro vel vinea juxta Bes Jos. in hoc Saiph, quod opponitur R. Ascher in Tur l.c. Conf. & Ben Alexand. in Derischa. Si acuitur eriam ib. in Tur Gaonem viderit concedere si vinea removentis sit ejusdem pre-

tii cum vinea accipientis, quod removere possit, sed Karo ait atten-  
dendum esse, an etiam eadem ratione arrideat vendenti, & hanc  
esse rationem cur villam etiam accipere non cogatur. b Meiras En.  
f. 166. col. 1. c. sensus est, si accipiens dederit venditori bestiam vel  
bona mobilia, qualia emi facile possunt, & pretium, quo fuerunt em-  
pta, det confinis, potest alterum removere. Meiras ib. Morde-  
chai in Talm. Per. Ham. Majem. l.c. d. neque dicere potest: da mi-  
bi sicut accepi, i.e. da mihi præcisè bestiam, vel bona mobilia. Si enim  
pretium habet, emere hæc talia potest. Meiras b.l. e. R. Ascher in Per.  
Hammec.

§. 25. Si dicat confinis dabo operam ut afferam argen-  
tum, non ei servant jus, sed perdidit, quia exinde damnum na-  
scitur venditori. Si dicat: abibo & afferam argentum, & a con-  
stet habere eum, exspectant donec afferat. Si non constet, non  
audiunt eum. Dicit etiam b non nemo, si necesse sit, ut accedat  
prius confinis ad Synedrium vel venditorem, cum venditorem  
non norit, vel si norit summam tamen argenti nesciat; qvoniā  
dicit: abibo & afferam argentum, licet non constet de eo, ser-  
vant ei jus hoc intervallo, ut abeat & afferat è domo sua, non ma-  
jori.

N. a. Mos. Kotz Smag. 165. 4. Talm. cap. Hammecab. ubi He-  
breum מִן interpretatur Raschi de eo quem dicimus stare promis-  
sis posse, sed alius ibid. explicat de eo, qui est solvendo, quem sequi-  
tur etiam Majemon c. 14 Hil. Schech. & Schylch. Ar. b. l. Saiph. 25.  
Tres etiam explicationes affert Ben. Alex. in Perischba. b Hic est Ha-  
rama cit. in Tur. b. l. Saiph. 42.

§. 26. Si a accipiens emat fundum, ut exstruat in eo æ-  
des, & confinis emat ad seminandum, accipiens prævalet ob ha-  
bitationem terræ, neque hic valet jus finium. Dicit etiam b  
non nemo, si confinis velit plantare, posse alterum removere, si-  
quidem c plantatio sit præstantior domo.

N. a. Talm. cap. Ham. & Raschi ib. ut & in cap. Haschoël f. 8.  
Bava Metzia. Kotz. in Smag. 165. 4. Ittur, Hariph, & Harosch cit.  
a Karo. Majemon c. 14. Hil. Schech. licet scribat Haraf Hammaggid  
in eund. b. l. statuere aliquos neminem hic habere jus finium. Notan-  
ter autem dici: ob habitationē terræ scribitur in Besjos, cit. Saiph. 43.

ut indicetur, valere non solum de terra Israëlis, sed & alia. b. Sunt verba Harosch. Tur. saipb. 43 non vero Rambam, ut perperam B. Alexandri in Meir. c. Hoc intelligitur de plantatione arborum, quæ quia longiori tempore durant, quam ædes, hinc præalent, sicut ædes præalent sationi, quia durant longius. Ben Alex. in Perischa & Meir. f. 166. l. quod si uterque velit extruere ædes vel plantare arbores, confinis prævalet. Meiras ibid. p. seq.

§. 27. Si adsit res distingens agrum venditum ab agro confine, v. g. petra vel fossa, aut seps palmarum s. dactylorum, vel aliud quid; si potest inserere alter tantum porcam unam inter rem distinguentem, ut agros duos quasi commisceat, ut reputentur pro uno, ecce habetur pro confine, & alterum removere potest. Si minus, confinis non est, nec removere potest.

N. Vid. in b. §. Talm. cap. Ham. ubi inter alia habetur vox **תוֹנִירָה** quam explicat Raschi de petra, Hariph de fossa, alii de aggere. Karoh. l. Propterea duo ultima Majemon conjungit c. 12. Hil. Schech. infine. Vocem **נוֹמָה** non notare fossam, sed legi debere נַסְתֵּן fine ut significet juncum scribit Ben Alex. in Perischa & Meir. f. 166. p. 2. & vult, si juncus intersit, non posse tam bene conjungi agros, sicut fiat. si fossa adsit, quæ expleri possit, ut seminetur. Vid. & Kotz in Smag. 165. 3.

§. 28. Si a vendidit illi (accipienti) fundum parvum in medio agri sui, & postea ipsi vendat fundum situm ad latius illius, qui est in medio, excipiaturque confinis, initio cum ipsi venderet alter fundum parvum, astutè egisse, ut scilicet postmodum & hunc ipsi venderet, & confinis eum removere non posset; tūm vident, num ille parvus fundus, quem initio vendidit, sit melior aut pejor altero, quem postea vendidit. Qvod si est, ecce conveniebat, ut fundus ille venderetur per se, neque aderat dolus, ideoque b accipiens possessor est legitimus, neq; confinis removere eum potest, quia ipse confinis factus est propter parvum fundum, quem in medio agri emit. Qvod c si ille parvus, quem emit in medio agri, sit par illi, quem ultimò vendidit in latere illius, ecce alter pronunciatur d astutè egisse, & confinis eum removet ab agro, quem ultimò emit. Ita etiam e si dono dederit fundum parvum, attendunt, an postea ipsi alterum

rum tanti vendiderit, ut donationem simul comprehendenterit;  
Qvod si est, astutè egit, & confinis eum removere potest.

N. a. Talm. cap. Ham. b Rambam c. 12. H. Sibech. Meir. En.  
b. l. c Ita sentiunt R. Ascher & R. Haji, & quidem R. Haji putat  
etiam parvum illum fundum non esse emptum. R. Ascher autem vult  
emptionem quidem ejus consistere, non autem ementem habere jus fo-  
nium in reliquum agrum, juxta Haj Gaon. (Nam verba זאפריל  
&c. non pertinent ad R. Ascher Sircks. Bes Chad. b. l. f. 229. col. 1.)  
Addit Tur, Saiph. 45. id procedere, etiam si confines non inhibuerint  
statim, sed eum per aliquod tempus in possessione illius parvi fundi re-  
liquerint. Cum Ascher facit etiam Rambam l. c. c. 13. & B. Alex.  
in Meir. & in Derischa. d. immo si hujus convinci astutiae possit, anathema-  
mati eum devovent. Mos. Iserles in Scylch. Ar. hoc saiph. 28. ut &  
Haggahos in Maj. l. c. cap. 14. e Tschuvas Majemonis Dekinjan.  
Siman. 33.

§. 29. Si a accipiens consultet cum confine dicens: N.  
confinis tuus, vult vendere mihi agrum suum; ab ibone & ca-  
piam ab eo? Et alter dicat, abi & accipe; non tamen jus suum  
perdidit, sed potest adhuc alterum removere, posteaquam al-  
ter emit. Potest enim dicere: Jocatus sum tecum, ut pretio,  
qvo conveniebat, ille venderetur. Cum enim ego ad Dominum  
accederem mihi majus dictabat pretium, qvia eum magis dili-  
go, ideoque dixi: abi & eme eum, ut conveniente pretio ven-  
datur; Non ergo, perdidit jus suum, sed nihilominus ab eo e-  
mit; Ut ut enim alter videatur aliquod jus in fundum habere  
per illa verba; illud tamen jus alter removet per emptionem, ne-  
que emptio verbis absolvitur: Sunt etiam qui dicunt: si dicat  
b præsentibus testibus: habeo testes, qvod remotus sim, non  
ultra aliqua re opus est. Nam idem est ac si diceret: remotus  
sum à jure emptionis, & confessio ejus, qui habet jus, instar cen-  
tum testium est. S accipiens dicat confini ut emat, & ille re-  
spondeat: non expero, quidam dicunt accipientem statim jus  
accipere, qvia est non nisi mandatarius ejus, neque invito alte-  
ro factus est mandatarius, qvia dixit, non expero eum.

N. a. Kotz. Smag. 165. 4. Talm. cap. Ham. & ib. Ratchi, Ha-  
ran, Baal Nimmuk. Joseph. Haroscob nomine Gaonis cit. Karo, Te-

schuvos Haggeonim cit. Ben. Alexand. in Meiras. Rambam loc. cit.  
Sircks in Bes Chad. b. l. ubi afferitur accipientem emere debere.  
Mordechai autem nomine R. Simcha vultum justo titulo possidere  
accipientem fundum, si confinis dixerit: abi & eme, qvia mibi non  
placet. Vid. Et Iserles in Haggados, Et Schyl. Ar. b. l. b. Tur. Saiph.  
46. nomine Harama, Ben Alex. in Perischa.

§. 30. Qvibus verbis dicitur: a debere emere, si alter ei  
concesserit, antequam emeret, qvia tum nondum habebat facul-  
tatem jus sibi arrogandi, sed si ei concedat jus posteaquam emit,  
v. g. b si confinis accedit, & juvet eum, vel mercedem ab eo  
capiat, vel si videat ædificare eum aut destruere, & ipsi ministe-  
rium præstet, neqve prohibeat vel impeditat, licet sit intra tem-  
pus remotioni conveniens; tamen concessit, & ex qvo concessit  
jus habet alter, neqve potest eum removere.

N. a. Rambam. c. 14. H, Sebech. Tur. Saiph. 48. Et supra Si-  
man 142. Ittur Et Piske Geonim cit. Karo. Kotz. Smag. 165. 4. Ben.  
Alex. in Perischa. Mordechai quidem in Talm. cap. Ham. recenset  
sententiam Raf Paltoë Gaon. qui statuit vendentem annunciare cæ-  
tui, Et dicere: esse qui velit emere, si placeat ita confini, vel alii ejus  
loco, si non, non exspectare, donec illi indicetur. sed legitimam habe-  
ri accipientis emptionem. At hoc rejicit Karol. c. b. Si hæc non fa-  
ciat, potest removere. Harosch. in Per. Hamm. Et Rambam. c. 14. cit.  
hac tamen differentia, ut Harosch statuat, si longo tempore hæc non  
faciat, posse removere, Rambam autem si tempore ad remotionem  
reqvisito. Karo in Tur. saiph. 51. Alias de mente Rambam disputa-  
tur. Vid. Joël Sircks in Bes Chad. b. l. f. 229. col. 2. 3. qui allegat etiam  
Bedeck Habbajis Et Ceseph Mischne.

§. 31. Si consultet Venditor cum confine, qvod velit  
vendere tanti, & dicat illi: abi eme, & ipsi non expetatur, non  
opus habet ab eo emere. Nam ager est in manu vendentis, &  
ex qvo dicit, qvod non expetatur, jus habet, ut faciat cum eo, qvod  
velit.

N. Huc pertinent autores citati §. 29. a.

§. 32. Cumqve jus finium innitatur regulæ boni & æqui,  
non conceditur confini, ut retardet alterum removere, qvam diu  
placuerit. Alias enim nemo fundum emeret, si diceret accipi-  
ens

ens elapsus tot annis exhibis ex eo ; ideoque non plus illi temporis conceditur nisi tantum , ut & posse aquam emit accipiens , abeat & afferat argentum , ac petat fundum à Synedrio . Si non petit , habetur pro concedente , & perdidit jus suum . b Qvod si ægrotet , non perdidit , aut si raseat ex errore v.g. si putet sibi nunciatum iri fundum esse venditum , & argentum venditionis pertinere ad accipientem , ut sibi accipiat ; nuncietur autem postmodum argentum illud accipere confinem s. eum qui vendidit accipienti . Poterit tamen retardare , donec venditio patefiat hominibus , & qvod accipiens fundum occuparit . Qvod si alter emerit clām , non perdidit jus suum , etiamsi diutius exspectarit donec res innotesceret , & exspectarit etiam petere à synedrio .

N. a. Tur Saiph. 51. nomine R. Haji. Rambam, l. c. Hariph. cit. Rivasch siman 501. & juxta hos statuitur. Karo. Saiph. 52. Sed R. Jebuda Bar sellonius cit. Karo vult qvod , si per unum diem tacuerit , non posit eum removere. Raschba in Teschuvah concedit diē unum vel biduum , refutans Simeonem , statuentem intra hoc tempus non posse innotescere agrum esse venditum . Ramban verò in Teschuvos siman 27. Ritba & R. Meir cit. à R. Jerocham tempus determinare nolunt , sed ajunt , qui primo loco accedit haberi pro mandatario confinis & removere alterum . b Bes Joseph b. l. juxta mentem Haji. Teschuvah Mabaril Siman 77. Iserles in Haggahos b. l. in Schylch. Aruch saiph. 32.

§. 33. Si adfint testes , qvod alter timorem incusserit Confini , qvod velit ipsi damnum inferre , in quacunq; re possit , ut emptionem non impediret , cum recesit homo violentus , potest eum removere .

N. Raschba. Siman. 915. Ben Alexandri in Meir. b. l.

§. 34. Si a Confinis sit in alia provincia , aut ægrotet , aut sit minorenns , & elapso aliquo tempore convalescat ægrotus , vel minorenns adolescat , non potest accipientem removere . b. Nam hac ratione nemo fundum emeret , si diceret elapsis tot annis exiturum è potestate ejus .

N. a. Tur nomine Rambam Saiph. 49. b ideoque quidam volunt per praconem debere prius rem significari , & querian aliquis sit qui velit emere , sive confinis , sive aliis ejus loco vid. §. 30. a.

§. 35. Si confines multi sint, & unus ex illis vendat jus suum accipienti, etiam per possessionem, cæteri possunt eum removere.

N. Tur. Saiph. 53. nomine R. Ascher, & in eum Bes Joseph. Ben Alex, in Meiras. f. 167. col. 1.

§. 36. Si vendat aliquis omnia bona sua alteri, confinis non removet accipientem ab agro, qvia emit omnia bona simul. Nam sic æquum & bonum non observaretur, qvia damnum sic pateretur venditor. Nam si emptor removeretur ab agro, etiam cætera bona non emeret, & sic damnum inferretur venditori, licet dicat confinis: ego etiam cætera bona capiam, non tamen eum audiunt, qvia non est casus dabilis, ut velint confines omnia bona, qvocunqve in loco sint, simul capere. Qvod si etiam jūs finium ita constitutum esset, ut si veller confinois, omnia bona posset capere; tūm toties monendus de eo esset confinis, qvoties alter omnia bona venderet; &, qvicqvid tandem sit, vel consultaret accipiens, vel confinis fortassis nollet omnia capere, & sic damnum pateretur venditor. Idcirco constitutum est in hoc casu, ut removere confinis alterum non possit.

N. Smag. 165. 3. Tur. Saiph. 54. nomine R. Ascher. Ben Alex. in Perischa. Talm. Per. Hammelab. Gem. Haraf Hammaggid in c. 12. Hil. schech. nomine Haitur, Baal Nim. Joseph. Haraschba & Harancit. Karob. l. Qvod si autem unusquisque confinis uniuersius que agri, fundum cuius confinis est, velit emere, juxta jūs finium hīc proceditur. Terumas Haddeschen Siman 338. juxta mentem Rambam. Haggahos Aschirios juxta mentem Rasebi.

§. 37. Si a vendat eum illis, à quibus emit, non potest eum removere confinis, qvia melius est & æquius ut veniat fundus in manus Domini primi, qvām in manus alienigenæ, licet sit confinis. Ita etiam si filio ejus, à quo primitūs emit, vendat, removere eum nequit, de quo tamen disputatur, qvia filius hīc se non habet ut pater. Nihil tamen minus non deciderunt sapientes, qvod primi domini hīc præcedere debeant, qvia non est casus dabilis, qvod empturi sint iterum domini primi. Ideo, si etiam eveniat, ut domini primi & confinis concurrant, confinis præcedit. Imò si etiam b' aliis emat, & qvidem primo loco, non



non tamen domini primi possunt eum retardare, ( s. si hujusmodi homini vendat, non eum removere, ) & si vendiderit emptor primus illi, qui sibi vendiderat, confinis eum removere nequit, sed si Ruben vendat Simeoni, & Simeon Levi, Levi autem iterum vendat Rubeni confinis eum removere potest.

N. a. Talm. cap. Hammecab. Haran. Baal. Nim. Jos. Haggabos Aschirijos, Talmide Haraschba cit. Karo. b. l. Raschba Bischuva. Ittur in Per. Hammaphkid. Haraf Hammag. in Per. 12. Hilt. Schech. Kotz. Smag. f. 165. 3. Intelliguntur autem haec de fundo jam vendito, quod si simul velint vendere, confinis precedit. Ben Alex. in Meiras b. l. & Iserles in Darche Mosche. Quod si primo loco emat confinis, domini primi removere eum nequeunt. Tur. Saiph. 56. nomine Hariph. s. Barsellonii. Haitur. f. 100. Rosch. 73. b Hillebos Aschirijos, Or Sarua cit. Kar. Haran. Nim. Jos. Haggab. Aschirii cit. Sircks Bes Chad. f. 229. 3.

§. 38. Si a quis emat a gentili, confinis eum removere nequit. Nam in contrarium diceret ille confini, quod bonum tibi fuit, feci, quia fugavi a finibus tuis leonem ( s. gentilem. ) Si quis b emat domum ab Israëlite, ut ab uno latere habitat Israëli-ta, ab altero gentilis, sunt qui dicunt quod confinis qui a latere secundo est, non possit eum removere, quia dicet ei: clypeus tibi sum contra gentilem, & quasi fugavi leonem a finibus tuis. Sunet etiam c qui dicunt, huic non esse innitendum, sed quod eum removere nequeat, fieri ex alia ratione, licet & hoc non adeò clarum sit, quia tamen decisionem sequuntur, adjungimus.

N. a. Talm. c. Ham. Mordechai in Teschuvos scribens, si emat a gentili & postmodum illi ipsi, vel alii gentili elocet, removeri posse, quia ad gentilem fundus non pertinet. b. Ben. Alex. in Meiras En. ubi exemplum proponit. c Darche Mosche 56. Terumas Hadde-schen Siman. 338.

§. 39. Si vendat gentilis gentili non observatur jus a finium, quia jus & æquum non respicit vendentem b sed accipientem, qui etiam est gentilis, neque cogunt vendentem ad removendum alterum.

N. a. i. e. non definitum est jus finium Israëlitæ, qui fundum gentili vendidit. Meiras b. l. notâ 64. b Nam venditor dicere posset:  
quid

quid feci tibi? si voluisssem, non tibi vendidisssem & esset in manu mea;  
sed accipienti dicitur: extrahe manum tuam, ut capiat. Bes. Joseph.  
b. l. Saiph. 58.

§. 40. Si quis vendat domum suam gentili, aut elocet illi  
eam, & excludunt eum ex Ecclesia, etiam si vicini nolint accipe-  
re eam, tamen excludunt, donec b in se suscipiat omnem vio-  
lentiam, quæ à gentili proficeretur, usque dum se gubernet in o-  
mnibus gentilis cum suo confine juxta leges Israëliticas, & si vim  
ei inferat in aliqua re, quæ sit juri Israëlitico c contraria, vendens  
restituat, si scilicet eum primitus excluserint. Si autem non d.  
excluserint, & vis inferatur vicino Israëlitæ à gentili, sunt qui di-  
cunt eum à restitutione absolviri. Fundamentum autem est, quod  
non nisi in causa damni absolvatur, it: quando excluserunt eum,  
& accidit damnum ob vicinitatem e gentilis Israëlitæ vicino,  
vivente vendente, & postea moriente. Tum enim debet fi-  
lius id restituere ex hereditate paterna. Quid si damnum accidit  
post mortem Patris, dicunt nonnulli non imponi mulieram filio.

N. a. Excludunt eum per Schammatta de quo Talm. Moëd  
Katon f. 171. Raschi in Talm. Pesachim. f. 52. 1. It. Talm. Nedar. f. 8.  
p. 2. Smag. 165. 3. Talm. Bava Kama (non Basra ut in Smag) Per.  
Haggosel f. c. 10. f. 114. p. 1. Imò si nullum etiam Israëlitam inveni-  
at, qui emat & confinis ob paupertatem emere nequeat, etiam si etiam  
venditor sit pauper, sustentet se eleemosynis potius, quam ut da-  
mnum alteri inferat. Ita sentiunt Geonim. Tur. Saiph. 60. Alii:  
vendant, ut in alio loco meliorem capiat, etiam si hæ circumstantiae ad-  
fint, non vendat gentili, si autem victus gratia vendat gentili, face-  
re potest, modo in se suscipiat violentiam. Tur. Saiph. eod. b Vult  
Harosch in c. Ham. etiam si non suscepit in se violentiam, tamen de-  
ea teneri. Communiter tamen statuitur, quod, ex quo suscepit, te-  
neatur. Ita sentiunt Haran, Nim. Jos in Hamm nomine Haittur, Ra-  
fad. Harama cit. Kar. Rambam, Raschba cit. Hammag. in c. 12. Hil.  
Schech. Mordech. in cap. Haggosel it. Tosephos, & fatente ipso Ha-  
rosch. in cap. Talm. lo jackpor. c si autem contra ius gentilium, non  
est contra ius. Ben Alex. Meir. b. l. d Hæc est sententia Gaonis cit. It-  
tur in Karo, ut & Haggahos in c. 12. Schech. qui ad Harosch senten-  
tiam accedunt. e Illa receptio, quando alter damnum in se recipit,  
quia



qvia sit per Schammata mulcta est juxta Talm. cap. mi scheba-  
pbach. s. 2. Moëd. Kat. Joël. Sircks in B. Chad. f. 229. c. 4. fin.

§. 41. Qvibus verbis dicitur: qvod etiam excludatur, si  
possit vendere vel elocare fundum Israelitæ argento, qvod ero-  
get gentilis, ut tamen non obligetur vendere vel elocare a pre-  
tio minori. Qvomodo autem videremus, b qvod intendat  
gentilis vel emere vel elocare in finibus Israëliticis, ut perdat pos-  
sessionem Israëlis, & qvidem juxta beneplacitum judicis.

N. a. Sed illud argentum sit vel ejusdem pretii, vel paululum  
excedat. Nam si gentilis nimium velit augere summam, vendere  
debet pretio æquo Israëlitæ. Ben Alex. in Perischa. Poteſt tamen ven-  
dere gentili, si confinis emere non vult. Harosch. Per. Ham. Tosephos &  
Mord. ibid. Ittur nomine Metifatæ cit Karo in Bes Jof. b. l. Autor Hag-  
gabos nomine R. Tam. in. c. 12. Hilc. Schech. probans ex cap. Talm.  
lo jachpor, & addens quod Ritzba qvidem velit distingvere inter  
emptionem & elocationem, Rivan autem dicat, quod etiamsi confi-  
ni non placeat, tamen eum schammatizent, sed tamen juxta R.  
Tam statui. b Harosch & R. Jerocham cit. Kar. Ben. Alex. in Mei-  
ras not. 7.

§. 42. Si qvis a vendat agrum malum, ut emat argento  
agrum pulchrum, aut si qvis vendat agrum in loco remoto si-  
cum, ut emat alium in loco propinqvo, b non obtinet jus fi-  
nium, siqvidem hîc damnum intercederet vendenti, qvia in-  
terea temporis, dum indicaret confini, alius emeret agrum, qvem  
ille (venditor) emere volebat.

N. a. Talm. cap. Ham. & Raschi ib. Scribitur in Ittur cit. Kar.  
intelligi agrum bonum vel malum omnium consensu, non ut huic bo-  
num videatur, illi malus, sed de hoc neminem disceptare, ait Ben Alex.  
in Meiras n. 72. b. nam hîc parari argentum debet celeriter, neque  
tempus suppetit, ut indicetur confini, siqvidem est, acsi debitum ve-  
lit solvere. Hinc ad debiti solutionem accelerandam etiam bona  
pupillorum sine subhaftatione venduntur. Tur. & Schylcb. Ar. Chos.  
Ham. Siman 109.

§. 43. Qui a vendit, ut solvat tributum regi, aut ad se-  
pulturam, vel sustentationem uxoris & liberorum, non metuit  
jus finium, qvia hæc talia moram non patiuntur, v. g. rex non ex-

D

spectat;

spectat ; ita & cum mortuo celeriter procedunt, ne in contem-  
tum ejus cedat ; alimenta quoque difficulter moram ferunt.  
Quod si excipias, obtinere hic jus finium, quia damnum inferatur  
venditori, qui non inveniat emptorem, cum emptor possit dice-  
re : cur emam, si confinis accedit & removeat me ? Quia tamen  
domini non possunt tamdiu exspectare, hinc non deciderunt hic  
jus finium. b Etiam si mutuò accipiat, quando ad unū ex jam dictis  
opus est, & vendat postea, ad solvendum debitum creditori, non  
deciderunt jus finium, ne occluderent illi creditores in hu-  
jusmodi rebus. Quando autem ad accipientem accedunt & con-  
finis & creditor, quidam dicunt, eum qui primus est, jus habere, c  
alii confinem volunt primum.

N. a. Talm. c. Ham. juxta mentem Nehardensium, ubi alimen-  
torum mentio fit absolute. Raschi tamen ib. interpretatur de alimento  
uxoris & liberorum, ut & Rambam c. 12. Hil. Schech. ut & Talmide  
Haraschbae, nisi quod addant, etiam haec de alimento proprio intelligi,  
sicut etiam addit in suis Haggahos Iserles in b. l. saiph. 43. b aut à se  
ipso mutuò illi dederit creditor, quia ob debitum tributum facilius pre-  
henditur, quam ob aliud. Tur, & Schylch. Siman. 125. & Ben Alex-  
ib. n. 75. c. Rambam c. 12. II. Schech.

§. 44. Si opponat accipiens : ob tributum vel aliud quid  
ejuscemodi vendidit mihi venditor, & confinis dicat : falso ita  
opponis, ut jus meum destruas, quod habeo in confinem ; tunc  
probet confinis. Si non potest probare, juret accipiens jura-  
mentum impositionis (i. e. à magistratu ad inquirendam veri-  
tatem injunctum.)

N. Rambam c. 14. H. Schech. Hammag. ib. ut & Ittur. cit. i-  
bid. sed in Ittur f. 101. hoc non ita statuitur, sed dicitur primos domi-  
nos, si habeant in aere posse accipere, cum quo sentit R. Jose, sed differ-  
nit Arama legens in suo codice : illi (primi domini) dicunt ; in nostra  
potestate est accipere, sed accipiens negat. Sircks Bes Chad. f. 230. c. 2.

§. 45. Etiam a si sit in re dubia, non removetur accipi-  
ens, nisi solidam attulerit rationem confinis. Itaque si b op-  
ponat accipiens & dicat : praedatus es hunc agrum, vel hortula-  
nus es agri hujus, vel mercede cum conduxisti, aut oppignora-  
fti,



st, necesse est ut confinis probet se esse confinem, & habere potestatem in hunc fundum, & quæ sunt alia hujusmodi. Itaque quando Posekim (causidici) dissentunt, non expellunt statim accipientem, posteaquam confirmatus est, vendere tamen confini potest.

N. a. Rambam c. 12. H. schech. Hoc ita intelligitur, ut accipiens opponat dubitanter, fortassis venditorem vendidisse ob tributum vel debitum solvendum, vel ad sustentationem, aut sepulturam. Ben Alex. Meir. nota 76. b. jurare tamen debet. ib. n. 78. c. ille vocatur confirmatus, cuius emptio est ex lege. ib. n. 87. Vid. Et Iserles in Hagg. Et Tur Siman. 139.

§. 46. Si a removeat confinis accipientem, & postmodum innotescat agrum hunc non fuisse confini, manus accipientis prævalet, siquidem alter sibi ipsi damnum infert, cum sciat se legitimum confinem non esse. Itaque si velit, potest retinere argentum alterius; si velit, potest etiam confini restituere, ut recipiat rem possellam, & tum debet restituere omnem fructum quem comedit. Qvod si ille, qui retractionem fundi passus est, in cuius manum venisset, velit removeare accipientem ob jus finium; attenditur num noverit, qvod emerit, & potest eum removeare tanto temporis intervallo, quanto cum retractor removit, & si non removit, deinceps removeare eum nequit. Qvod si ne sciat, licet accedat postmodum retractor ad removendum accipientem, non tamen jus finium ejus est irritum.

N. a. Tur. saiph. 67. nomine Haramæ. Joël Sircks. b. l. in Bes Chadasch. b. ut scilicet accedat ad synedrium, Et dicat: ager hic meus est, removebo accipientem, Et dabo ipsi pecuniam. Perischa Ben Alex.

§. 47. Si a quis vendat mulieri aut pupillis parvis, non observatur jus finium; quia non solet mulier iterum emere; Ita nec pupilli possunt iterum emere, & bonum ac rectum est, illis vendere. Sed in b pupillis majorenibus, aut in minorenibus non pupillis habet locum jus finium. Si quis vendit occluso (cujus genitalia in ventre occlusa sunt, ut differentia sexus

non appareat, ) vel androgyno, non potest confinis eos removere, qvia fortassis sunt mulieres, & incumbit confini probare non esse tales. Præcisè si mulier habeat c bona nota sine marito suo, aut vidua sit, non metuitur quod callidè agat, ut confinis facultatem irritam reddat, sed si emat pro marito, & fraudulenter agat, ac pro se ipsa emere se dicat, tenetur jure finium. Quod si d' constet eam & maritum simul emisse, non possunt removere ab agro ne quidem maritum. Si quis e emat à muliere, quidam dicunt non observari jus finium, ut illi determinent emptores bonorum, neque opus habeat cum iisdem retractare. Præcisè autem f confinis removere mulierem nequit, sed socius præstantior est confine, utpote qui habet in corpore fundi partem, toto tempore, quo nondum divisus est, ideoqve socius potest removere eum, (qui emit à muliere.)

N. a. Kotz. in Smag. f. 165. 3. Talm. cap. Hammecab. Harivsch siman 483. 501. Et 709. Nec potest eam ad juramentum cogere confinis, quod non acceperit ad removendum illum. Chiddusch Karo b. l. 24. ex mente Raschbae. Ita etiam sentiunt Haran, Nimmuke Joseph, R. Jerocham cit. à Karo. Intelligitur autem quæcunque mulier, sive virum habeat, sive non, juxta Raschbam cit. Raf. Hammag. Non autem excipitur adultera juxta Harif nomine Baal Ittur cit. eod. siquidem Harif adulteram admittit, ceu ex Ittur pater. Chiddusch Karo 16. b Rambam c. 12. H. Sch. R. Jerocham Et Harraf Hammag. cit. Karo. Rivasch siman 510. Excluduntur vero minorennes non pupilli, qvia horum pater potest illis emere in alio loco. Ben Alex. in Meiras n. 82. De occluso agit Rambam. c. 12. ut Et Hammaggid Et Harosch, juxta quos est Halacha seu decisio. Haran autem vult confinem eum removere. Karo. b. l. c. Ita Haran. Nim. Joseph. R. Jerocham, Talmide Raschbae cit. in Chiddusch. 16. R. Karo. Bona sine marito sunt, in quæmaritus potestatem non habet. Ben Alex. in Meir. n. 83. d. Et constet eam habere pecuniam pro se Meiras n. 84. e. Ratio est qvia nemo rerum ejus curam suscipit, ut homines citius ejus bona emant. Sed in Mabarif Siman 99. assertur observari jus finium. Meiras n. 85. f. Teschuvas Mabaril. in Chidd. 18. R. Karo b. l.

S. 48. Si

§. 48. Si minotennis sit confinis, & videat Synedrium, habere eum jus removendi accipientem, removent eum, aut auferunt ipsi partem ejus cum ceteris.

N. Rambam. c. 12. cit. Kotz. f. 165 4.

§. 49. Si quis a. vendat uni ex sociis, etiam si non sint socii in fundo, sed in negotiatione, non deciderunt h̄ic jus finium, quia hac in re observatur bonum vendentis consociati ipsi in negotiatione, qui cupit ut fundus in alterius potestate maneat, siquidem vi negotiationis, quæ inter illos intercedit, potest ei restituere. Propterea si emit socius, jus haberet, neque ceteri confines auferunt cum eo. b. Quid si accipienti non sit fundus, & indigeat eo pro tempore, confinis autem non indigeat, nisi tantum ad lucrandum, sunt qui dicunt non observari c. jus finium, si scilicet præcisè Accipiens sit ex hac urbe, & non possit invenire domum aliam; quod si non sit, præcedit confinis omnibus.

N. a. Kotz. Smag. 165. 3. In Haggabos in c. 12. H. Scheeb. scribitur si concurrent socius & confinis, quæd vendere possit socio soli, alias si omnes socii concurrent, dividere eos diagonaliter, cum quo facit Raschi. Harosch autem & R Tam. cap. Ham. ajune, si sit ei socius in alio agro, non potest eum removere confinis in hoc agro. Haji ib. si sit socius in negotiatione, non potest eum removere, quem sequuntur Rambam c. 12. cit. & Hammag. ibid. Baal Nim. Joseph nomine Raschbae, Haran, Itur nomine R. Haji cit. à Karo, & in Meiras b. l. In Terumas Haddechben Siman 338. scribitur quidem non esse statuendum juxta R. Haji, sed quia eum tot sequuntur, & in primis Maimonides, recte juxta eum statuitur. Karo b. l. b. Haggaba Majemon. c. 12. cit. nomine Moharam s. R. Mosis c. Maharaj Siman 340. & Mabarif Siman 99.

§. 50. Si quis velit fundum vendere, & accedant duo, quorum quisque dicat: ego capiam pro isto pretio, & neuter sit confinis; si unus sit a. ex incolis civitatis, alter a. sit vicinus ejus in agro, præcedit vicinus urbanus; siquidem hic observatur æquum & bonum, quando amor & fraternitas cum incolis civitatis panguitur, qui simul habitant. b. Si vicinus & eruditus (simul velint emere), eruditus præcedit ob honorem legis. Si fidejusor & eruditus, eruditus præcedit. Sic. vicinus & propinquus, præ-

cedit vicinus. d. Qvod si tamen unus ex illis præveniat, & emat, jus habet, neq; ve alter, qui præcedere debuisset, eum removere potest, qvia nemo in illis confinis est. e. Sunt etiam qui dicunt, qvod homo non vocetur alterius vicinus, nisi sit ejus socius, vel familiariter eo utatur. Nam qvod apud eum habitat, nil huc confert, qvia multi habitant simul, neq; tamen socii sunt, vel propinqui ullo modo. Sunt etiam qui dissentunt.

N. a. Talm. cap. Ham. Raschi ib. qui vult vicinos civitatis esse, qui habitant simul ratione domuum, vicinos agri, quorum agri sunt conjuncti, & vult alterum vendere non propè fines. Ben Alex. in Meiras n. 88, ait: non debere esse vicinos agro, qui nunc venditur, sed aliis agris. Rambam in fin. Hil. Schech. Raschba in Teschuba. Harrif. in Hammecab. volunt si sint confines, obtinere jus finium, v. g. ut explicat R. Tam, si ager sit conjunctus civitati, & qui in civitate habitat, habeat agrum post domum illi conjunctum, alter autem agrum à latere altero. Tur. Saiph. 78. Hattosephos in citat. Hammecab. f. 108. pag. 2. Joel Sircks in BesChad. afferens exemplum Saiph. 73. Haggagbos etiam in H. S. referunt ita explicare Ravan & Smag. b. Hag. gaba. l. c. Smag. 166. 1. Alphes. in Hammecab. c. qvia melior est vicinus propinquus fratre longinquu. Karo, ic. Bes Jos. Saiph. 74. d. Ha- riph in Hamm. Ittur nomine R. Haji. Hagg. cit. etiam si illi non sine vicini agro vendito juxta Karo in Bes Jos. Saiph. 78. b. l. e. Jerocham cit. Karo l. s. Saiph. 74. Darche Mosche 75. Tur Siman 293. Saiph. 15.

§. 51. a. Si in fundo sit domus, & fundus pertineat ad unum, domus ad alterum; si dominus domus habeat potestatem in fundum, ut in eo exstruat domum perpetuò, & si corruat reædificet, unusq; visq; eorum est confinis alterius. Itaq; si unus ex illis vendat partem suam, alter removet accipientem, etiam si accipiens sit confinis à latere altero, præcedit tamen alter, qvia bonum & æquum est, ut domus in suo fundo maneat, & erit b. quasi socius, qui præcedit confinem. Si autem non habeat potestatem in fundum, ut ejus domus in eo sit perpetuò, sed ad tempus certum tantum, aut si ceciderit, exstruere non debeat; tūm si vendat dominus fundi, jus habet accipiens, neq; dominus dominus removere eum potest, qvia ad domum nil attinet fundus.

Qvod



Quod si vendat dominus domūs, dominus fundi accipientem removet, ut domus in fundo maneat. Eodem modo se habet jus, quando aliquis habet arbores in agro alterius, si habeat partem in fundo, ut posteaquam exaruerunt, plantet alias in locum earum, tūm unusquāque alterius confinis est. Quod si posteaquam exaruerunt, non potest plantare alias in locum earum, tūm dominus fundi retardat, vel præstolatur, ut remaneant arbores in fundo suo.

N. a. Vid. in tot. §. Talm. cap. Ham. Raschi & Piske Joseph. ibid. Rambam c. 12. H. S. In primis observari potest disputatio inter Harosch, & Haripb, de qua Harosch in Teschuvos Celal 97. & Bes Joseph. b. l. Harosch enim vult non posse haberi pro socio, nisi potestatem habeat in fundum perpetuam. Haripb. autem vult potestatem tantum temporalem requiri. Conf. Ben Alex. in Derischa & Meiras n. 92. b. Vid. supra Schylech. Aruch. Chosch. Hamm. & Levusch Ir Susan Hil. Miazran. Saiph. s. c. Rab. Majemon l. c. differentiam constituit hanc, si scilicet illi non sit tempus certum, & alter, quocunq; tempore voluerit, dicere posset: dirue domum, vel evelle arbores, quod tūm Dominus retardet, non autem tempore certo constituto. Vid. Karo in Bes cir. & Joël Sircks in B. Chad. Saiph. 79. Itaq; modò certo tempore subsistat domus vel arbor, posteaquam intra illud tempus alter non audet dicere: dirue; habetur pro socio, ut removeat. Ben Alex. locis cit.

§. 52. Ita etiam si vendatur fundus vicinus alteri, ut unus habeat domum vel arbores, alter fundum; Dominus fundi præcedit dominum domūs vel arborum, & tūm dominus domūs vel arborum habet jus in fundum, sicut explicatum est. Si a domus & cœnaculum pertineant ad duos, & unus domum confini vendat, dominus cœnaculi removere eum non potest, quia non sunt inter se locuti, sed jus eorum est, ut confinium.

N. a. Harosch in Teschuvos Celal. 97. vult, dominum cœnaculi, si domus inferior habet jus perpetuum, ut perpetuo ibi exstruantur, non posse removere à domino domūs vicinæ, adeò, ut licet prævenitur & emerit, dominus tamen cœnaculi eum removere, quia socius confinem removet. Sed dissentit hic Ben Alex. in Meiras n. 93. & vult dominum cœnaculi non habere jus societas (quia non habiteret in eodem fundo, cum cœnaculum extra domum in fundo exstructum

struendum non sit, sed jus finium; neq; esse socium etiam si domus per-  
petuò posset extrui, cum ex locis ab Harosch adductis sequatur tan-  
tum eum confinem esse. Observari & sic potest, quod scribat Morani  
in Pescitus nomine Harosch, dominum cœnaculi alterū removere non  
posse, sed hoc in Tschuvos Har. non habetur. Conf. Ben. Alexandri ib.

S. 53. In omnibus a. fundis qui in mundo sunt, obtinet  
jus finium, etiam b. in domib⁹, licet interdum inter illas sint pa-  
rietes fortes, similes petræ, vel sepimento palmarum, facti tamen  
sunt, ut aperiantur, ut faciant utrinq; portas, & cum villis con-  
nectant, ut uti illis possint, ex hoc loco in illum procedentes.  
Idcirco obtinet in iis jus finium. Sed c. in bonis mobilibus &  
servis non obtinet jus finium. Qvod autem conjunctum est  
cum fundo, est quasi fundus, & haber jus finium, etiam si sint do-  
mus, ut dictum est. Ita etiam res se habet cum Synagogis, &  
omni re conjuncta cum fundo. Quidam dicunt, d. si quis ven-  
dat locum suum in Synagoga, consangvineos ejus si: qui ad fa-  
miliam ejus pertinent, posse accipientem removere, si scilicet fa-  
miliae interrumpanter. v. g. si quælibet e. familia sedeat in Sy-  
nagoga seorsim; sicut etiam fit, quando aliquis alteri f. sepul-  
chrum vendit, & in huj⁹ modi reb⁹ aliis. Si qui elocant simul ho-  
spitium, non habent jus fundi, nec confinis aut socius accipi-  
entem removere, sicut fit in in fundo, sed proceditur h̄c, ut cum bo-  
nis mobilibus. Si g. videatur Synedrio, alterutri socio nasci da-  
mnum, removent alterum, sicut etiam obtinet in omnibus bonis  
mobilibus: quamvis non habeant jus finium; si tamen b. aliqui  
sint socii in bonis mobilibus, & unus suam partem vendat, so-  
cius alter accipientem removere potest; si videatur Synedrio  
accipientem secundum non acqvescere in primo.

N. a. Tur Saiph 82 nomine R. Barfellonii b. R. Tam. in Talmi.  
Per Hammecab. vult jus finium non pertinere ad domos & agros,  
quia agri possint emi faciliter, quam domi; præterea homo diversis  
multis agris indigeat, si autem unam domum pulchram habeat, non  
convenire ut alterum domo expellas, & sibi emat, vel alio eloget. Sici-  
bit. R. Jerocham si indigeat alterius domo, ob locum securum, vel a-  
liam rationem, posse cum removere. Karo addit. si indigeat ut do-  
mum suam ampliet, vel ad habitationem, obtinere jus finium. Rusibba  
autem



autem s. R. Bar Abrab. in Teschuva ait juxta R. Tam & R. Haramam plenè non obtinere jus finium in re ultra si inter sit inter fundum & fines partes, quem Haramā planè consentire cū Tam scribit Karo in Bes. Saiph. 81. Sed juxta Tam non statuitur, fatente ipso Raschba loc. cit. (licet scribatur contra Raschbam in Terumas Haddeschen, Siman 338. sententiam R. Tam non sufficere, etiam si cum aliis rationibus conjungatur, Raschba tamen non conjungit) siquidem contra eum militant Haggahos in c. 12. Hilc. Schech. R. Meir cit. Raschba, Rambam e. 13. H. Schech. qui non tantum loquitur de villa ad habitationem non aptata ut Nim. Joseph. cit. Karo. Haraf Hammaggid in idem cap. qui etiam allegat fitur. Rivash Siman 501. Raschi & Mordechais nomine Rivam s. R. Meir. cit. Kar. Respondet etiam Karo ad objectionem R. Tam; quod domus non possit ob parietes conjungi. & non conjungatur, si porae desint. Respondet a. posse alterum uiri domo unam ad habitationem, alteram ad vitæ præsidia custodienda, v.g. vinum, oleum &c. aut posse facere villam, ante duas portas, ut duæ portæ in villam unam tendant &c. Juxta R. Tam non statui vult etiam Joël Sircks BesChadasch. b. l. Saiph. 81. c. Haraf Hammag. c. 12. Hilc. Schech. & Haggahos ib. Maharick quidem in rad. 24. ex verbis Majemonis etiam in mobilibus observari jus finium probat, quia scribat: si quis ex fratribus vel sociis vendat partem suam alteri, accipientem removevi, ubi sub notione partis & fundum, & mobilia comprehendat; sed Karo ex Hilc. 5. Schech & Haraf Hammag. probat contrarium, & nullū ex Poskim ita explicare addit. d. Rafad & fitur, ceupatet ex Hammag. & Haggahos capitibus citat. Darche Mosche 82. Jerochami responsio, quam dat Raschba invenitur in Teschuvas Haramban, Siman 26. Consentit m. Rivash Siman 501. Conf. & Teschuvos Raschba Siman 1052. dissentunt in aliqui. Vid. Mordech. in c. Talm: Hamocer Peros s. 6. Rav. Basr. nomine Ravi & c. Mordech. nomine R. Haji. Darche Mos. 88. f. Iserl. in Hagg. Chos. Hammisch. b. l. Saiph 53. Vid. & Tur Jore dea init. siman 366. & Chosch Ham. in fin. Siman 217. g. Maharick. radic. 28. h. Maharick & Darche Mos. loc. cit.

§. 54. Si quis fundum det donario, non obtinet jus finium; quia hic nequit dicere confinis, ego emam, tu tibi emes in loco alio, etiam si det pretium. Nam donans noluit vendere, sed voluit ut alter in honorem sui retineat, vel etiam eo quod præstata officia meruerint. Si in instrumento donationis scriptum sit, quod cautio de futuro damno pertineat ad donantem; obtinet jus finium, quia tum titulum venditionis habet, & dum donationis titulum præse fert, fit ad fallendum confinem. Atque tum accipiens probare debet veram fuisse donationem, nec se cum donante collusisse. Quod si fateatur verum esse, quod astutè agerit, debet

E

jurare

jurare de accepta voluntate, quantum sc. illi dederit, quod aufert more mandatariorum. Si autem dicat de eo, quod valet manu, quod emerit ducentis, non ei creditur, ne juramento quidem praestito, (cui quidem credi dictum est supra §. 9. sed si non adsit suspicio ut h. l.) quia homo in donatione non accipit cautionem de damno, nec rem tam caro emit, quae non plig valet. Quod si autem donans promittat, se daturum ducentas (susas) in instrumento donationis, tantum etiam dat confinis, & eum removet.

N. Vid. in b. §. Kotz Smag. 165. 4. Talm. cap. Ham. Hariph & Harosch ibid. Rambam c. 13. H. S. R. Alphes & Mordech. in e. Talm. cit. Haraf Hammag. in Maj. allegans dissentientem ab Alpheso Raschbam. Talm. Cetuvos Per. 4. s: Naara Schennit patera, & ib. R. Salom. & Haram. Meiras En. n. 99. 100. & 101. ut & in Perischa. Quod si super uno agro vendito alteri det instrumenta duo, unum venditionis, alterum donationis, quomodo tum procedatur vid. in Tur b. l. Siman 240.

§. 55. Si quis pauperibus fundum consecret, non obtinet jus finium.

N. Vid. Rivash Siman 506. Darche Mosche. 69.

§. 56. Si ager confinis a. liber sit, & accedat aliquis, & occupet eum; si inveniat similem in loco alio, quem licitum sit occupare, potest eum removere b. confinis, si non, nec c. potest.

N. a. intelligitur ager regum & principum, quem conceditur seminare & arare soluto tributo, Ben Alex. in Per. & Meiras n. 103. Vid & Tur b. l. Saipb. 87. de quo tamen in e. Hammecab. disputatur inter Haji & Nachmanidem, ut & in Tosephos. b. non quidem ut premium agri solvat, sed ut tributum des eodem modo ut alter, Meiras n. 104. c. i. e. per dationem tributi, bene tamen per dationem pretii. Meiras ibid. & in Perischa.

§. 57. Si a. quis agrum alteri oppignoret, & postea illi vendat, non potest eum confinis removere, etiamsi oppignorans alii vendat, ut ut confinis non sit, creditor ipsi eripere nequit. Sunt etiam qui dicunt; si b. præveniat confinis & emat, posse eum à creditore removeri. Et hoc ita videtur Synedrio, cum non fuerit dolus in re, siquidem mutuo dedit vendenti, ut removeretur confinis. Si quis gentili mutuo det in agrum vel domum, & accedat alter, & emat, creditor eum removet. c. Si quis mutuo det in domum, neq; tamen mutuo det in cellam inferiorem, non pertinet ad eum cella, & si cellam emat, confinis eum removet.

N. a. Kotz in Smag. f. 165. 3. Dicit a. Rib. Tam. quod domus quae vendit nequit, non obligatur jure finium. ibid. Nim. Jos. Haran. in Talm. cap. Ham. R. Ash in Talm. Per. Ezebu Nescheib & ibid. R. Salom. b. dissentient quidem Itetur & Talmide Haraschba cit. Kar. in Bes b. l. consentiunt tamen præter cato

taros Harosch. in Per. Es. Nesch. & Harama. Tur. Saiph. 88. de quo Hara-  
ma vid. Haraf Hammag. c. 12. Schech. & Joel Sircks in Bes Chad. Saiph.  
88. Consentit etiam Raschba & cum eo Moses Iserles in Haggahos in hoc  
Saiph. 57. c. Talm. Per. Es. Nesch. cit. Mordech. in Talm. Per. Hammecab.  
Darche Mos. l.c. & B. Alex. in Meir. n. 107.

§. 58. Si a in initio oppignorationis venit confinis ad frangen-  
dum ( pactum ) ut retardet , dicendo : ego tibi dabo mutuò , qyoniam  
fortassis intendit fraudulenter agere, ut vendat creditori, neqvit retar-  
dere. Potest enim dicere dominus agrì: in hoc acqvisco, in te non item.  
Si videatur judici subesse fraus , ut alter alterum in anathema vel jura-  
mentum inducere cupiat, pellunt creditorem. Si ager b conjunctus sit  
oppignorato vendito, debtor retardat creditorem, non autem creditor  
debitorem. Qvod si nolit emere eum debtor , & emat alter , licet non  
sit confinis, non tamen debtor eripere illi potest. Si præveniat c cre-  
ditor & emat, confinis illi eripit. Sunt etiam qui dicunt creditori com-  
petere jus finium.

N. a. Harosch. in c. Talm. Es. Nesch. Rafad & Rambam cit. Raf Ham-  
mag. c. 12. H. S. Haran in Hammecab. nomine Rambam. b Haran & Nim. Jos.  
in Hammecab. nomine Ramban, ita & Ittur. c R. Juda Barfellon. Tur. saiph. 91.

§. 59. Si qvis conduceat domum, & confinis velit eam illi eripere, ut  
sibi conduceat, non eum audiunt, qvia sic peccatur contra jus & æquum,  
si quidem dicere alter potest, non acqvisco in hoc.

N. Rambam. c. 12. H. Schech. Darche Mos. 92.

§. 60. Si a qvis domum conduxerit, & domus vicina vendatur, non  
potest eum removere juxta jus finium. Nam substantia fundi adhuc ad e-  
mentem spectat. Qvod si præveniat conducens, & emat, confinis eum re-  
moveare potest. b. Quidam hic dissentiant, dicentes conductionem in di-  
em unum habere rationem venditionis, in re omni, & sic etiam in jure  
finium.

N. a. Vid. cir. §. præced. b. probantes ex dictis §. 45. B. Alex. Meiras N. m.

§. 61. Si duo in societate agrum conduxerint, & unus ex illis velit  
elocare partem suam alteri ; alter autem velit sibi arrogare jus in eam,  
qvia confinis est, primus haber jus, qvia socius est.

N. Vid. R. Afcher in Tescavos Celal 92.

§. 62. Si qvis elocet domum suam alteri, & postmodum illi vendat,  
confinis eripere ei neqvit, qvia alter præcedit & confirmatq est. Si domus  
a detur, qvæ hospitiū habeat in parte superiore, ac postea ipsi vendat, u-  
nusqvisq; præcedit & cōfinis est, qvia ibi habitat. Ita evenit, si duo simul  
emant.

*QK*  
*776*  
*149*  
emant. Qvod si autem dominus illius domus uni jam viderit, cui-  
cunque placuerit, legitimus est Possessor.

N. a. V. Kar. in Bes. Jos. prolixè in Chiddusch 30. b. l. qvi plurimos  
alios allegat.

§. 63. Si qvis elocet domum alteri, & postea vendat, licet confinis  
non sit; non potest illi eripere conductor. Si Ruben habeat fundum, su-  
per quem sit tributum Simeonis per annum, & Simeon vendat tributum  
Levi, & Ruben dicat se esse confinem, licet vendidisset Simeon perpetuâ  
venditione, jus tamen est penes Ruben. Nam posteaquam illi perpetuò  
vendidit, etiam tributum vendidit, quo oneratur domus, & est ac si fun-  
di substantiam vendidisset, obtinetque jus finium. Qvod si vendi-  
derit duobus, qvi ex pacto inter se convenerunt, habetur ut vendens  
debitum, ubi jus finium non obtinet, qvia ibi perfecta venditio in sub-  
stantia fundi non est.

N. Raschba in Teschuva. Bes Joseph Chiddus h. 29. Dissentit Alex. in De-  
rischa & Meir. n. 115. dicens: sicut oppignorans possit eripere confini, etiam  
si confinis præcesserit, ita etiam conducens.

DEO INFINITO GLORIA.

---

### COROL LARIA.

#### I.

Vigiliæ Hebræorum nocturnæ fuerunt tres, sc. in tertia parte no-  
ctis, & finitis duabus tertiiis noctis, & finita nocte. Prima vocaba-  
tur ænigmaticè Asinus rudens, altera Canis latrans, & tertia Mulier col-  
loquens cum marito, & infans sugens. Orabant in singulis, & peculiari-  
um beneficiorum Dei recordabantur. Vid. Tur. Or. Chaj. f. 9. col. 2. Et  
Bechaj mibi fol. 79. p. 1. edit. Cracov. Qvæ vigiliæ non parum lucis affe-  
runt scripturæ, in iis locis, ubi de preciis nocturnis agitur.

II. Sacerdos sangvinem ad altare spargens vocabatur מצליף s. flagel-  
lator, qvia ita spargebat ut lictor solebat reos verberare. Talm. Joma.  
cap. 5. Id qvod procul dubio frustra factum non est.

III. Legitur in Talm. Berachos c. 9. f. 59. qvod, quando Deus recordetur  
afflictionis Israelitarum inter gentes, duas projectat lachrymas in mare  
magnum, qvæ audiantur usq; ad finem mundi. Ex qvo non sequitur Ju-  
dæos statuere Deum posse lachrymari, sed longè alius sensus est juxta  
Caphtor Upherach fol. 30.

IV. Arabum antiquiorum cibus ḥarūs Moswad appellatus,  
erat sangvis, Cameli intestinis inditus & coctus, teste autore libri Notbro-  
dor, & AlFirauzabadio. Unde sangvinem eos edisse constat.

